

DE UNICORNU. 175
fos, quos nutritioni spirituumque af-
fluxui in animi passionibus destinavit
Prometheus.

C A P. X X I I.

*Monocerotis veri synonyma. Arabum Al.
Rabini error. Geographi locus. Unicorni-
bus robur proprium. Quid Coptitis.*

S Trictâ vocis significatione venit in
præsenti titulo Monoceros, pro a-
nimali sui generis, cui unicum cornu,
ex fronte eminet. Adeò omni ævo,
omniumque auctorum ore celebrata
fuit hæc fera, ut in eam spes omnes
contulisse Natura videatur, minúsque
de excidio Trojæ suæ fabulosi Poëtæ
cantarint, quàm de Unicornu bonæ
fidei Auctores. Nomen sanè pluribus
commune, ut hæctenùs justâ serie per-
sequuti sumus, sed animalium nulli
propriè competit præter hoc, quod
per excellentiæ suæ conditionem so-
lum in vocabuli hujus possessionem af-
feritur. Monocerotis tamen propria

H 4

nomen-